

Carmina Græca
IN OBITVM DOCTISSIMI,
& Excellentissimi Domini

BARTHOLOMÆI SALVII
in Nobilissima Taurinensi Academia Me-
dicinae Professoris supraordinarij.

Nunc in hac secunda editione Epigrammatis
Latinis conuersa.

Auctore F. Iuliano Riccio Florentino, Ord. Min. Con-
Sac. Theol. Baccalaureo.

Ad Reu. Adm. Patrem ANTONIVM MARCHESIVM Collegij
Taurinens. Societatis IESV Rectorem meritiss.



AVGVSTÆ TAURINORVM

Apud Aloysium Pizzamilium Impressorem Ducalem. 1604.

Superiorum permissio.

Adm. R.^{DO} Patri

ANTONIO MARCHESIO

Collegij Taurinensis Societatis IESV
Reſtori meritiffimo.

Fr. Iulianus Riccius Florentinus Ord. Min. Conſ.
Sac. Theol. Baccalaureus. S.P.D.



QUÆERÆRE CUM linguã in appellationi-
bus rerum abundantiorem, & in com-
positionibus dictionum eſſe fœliciores
latina nullus vtriuſq; linguæ peritus audebit ne-
gare. Hinc eſt, quod quãvis multæ librorum græ-
corum translationes circumferantur, nulla tamen
inueniatur, in qua nihil à doctiffimis viris deſi-
deretur. Omnes etiam, paucis exceptis, qui Græ-
ca carmina in Latina tranſtulerunt, è Græcis
bonis, latina fecerunt non bona. Hæc dixiſſe volui
A.R.P. quia cum præterito mense aliquot Car-
mina Græca condidiſſem, eorumq; minimam tã-
tum partem in vnum Epigramma Latinum rede-
giſſem: vt multis ſatisfacerem Græca neſcienti-
bus, coactus ſum, quæ reſtant alijs Epigrammatis
conuertere. Attamen in hac ſecunda editione no-

lo ea sine aliquo Duce in vulgus prodire; ut hæc
qualiacunq; sint, non bene Græcorum suauitatem
exprimētia defendere possit: Non enim equalem
me nosco ijs, qui in vertendis Græcis Carmini-
bus principes tenent partes. Quamobrem hæc no-
mini tuo R. A. P. consecrare impulit, non solum
egregia tua vtriusq; linguæ peritia, (quæ tuarū
laudum minima est) cum sis omnibus disciplinis
ornatissimus, atq; Theologus præstātissimus: sed
penè coegit amor singularis, quem mihi nō semel
ostendisti, tāquam certum probitatis tuæ, ac in-
tegritatis argumentum. Et sanè cum laudibus
tuis enarrandis non ego, sed vix parens alter Ro-
manæ eloquentiæ par esse possit, cætera prætermi-
tens, vnicum hoc attingam; q̄ nisi eximijs virtu-
tibus fulgeres, nunquam te sapientissimi societa-
tis patres (quorū virtus toto mundo iampridem
innotuit) Venerabili Collegio Taurinensi guber-
nando à tanto tempore præfecissent. Suscipe ergo
ea, qua præditus es humanitate munusculum hoc
meum; & , ubi à seuerioribus studijs vacabis,
hæc etiam carmina lectitare ne dedigneris.

Taurini Pridie Kal. Augusti. MDCIV.

Ω' δ' ἦ α.
Νάλβιος ἔλλαχεν εὐχος,
Χῶρον ἔχει, πολύολβον,
ὡς πάρος ἔννοος ἀνήρ:
καὶ πόρην ἀνέρι τῷδε
ἀθανάτῳ δια' τέχνην
δόγματα πάντα Ἀπόλλων
ἀμφανέειν θανάτοισι.
λεύσατε γὰρ τόγε πάντες,
πρῶνες εἴ' ἀγχεα πάντα,
οὔρεά τε σκιόεντα.
ἄρχόμενος μερόπεσσι
ἔατα πᾶσι βαλέσθαι
εὐχομαι εἴνεκ' ἀοιδῆς,
κρέσσονα δόξαν ἀρέφας.

I.

S Aluius in vita multo celebratus honore
Præ cunctis clarus nunc super astra volat.
Dogmata cui Phæbus Medicæ commiserat artis;
Ut sciret votis consona quisq; suis.
Sic ibat semper laudatus in ora virorum,
Queis raras dotes, ingeniumq; dedit.
Hoc resonant colles, valles, montesq; virentes,
Sæpius & nobis reddita imago sonat.
Hinc illi fuit auctus honos, hinc gloria crevit,
Gloria supremo non moritura die.

A 3

β.
Σάλβιος ἔξοχος ἄλλων
ἀμιλίοισι λόγοισι
ἀφθιτον ὠπασε κόσμῳ
εὐχος: ἐπεὶ φίλον ἦτορ

ἐντρέπεται μακάρεσσι.
οἶμενος ἀσπίδα Ταῦρε,
εἶλετο, ἀλκιμον ἔγχος,
καὶ βάλεν ἀνέρα πόντος.

αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἔλκος
Ζεὺς φάτο: ἀμφὶς ἔχουσιν
πολλοὶ ἀπείρονα γαῖαν,
ἀλγος ἀπασι τέτυκται:
ὠπασσοί: ὄπτομαι ἤδη
ἔδ' ἔνα Σάλβιον ἄλλον.

II.

S Aluius ingenio, nulli aut virtute secundus
 Eloquij fundens flumina larga sui
 Flexisse orando fertur durissima corda,
 Et diuum auditus sæpe fuisse choris.
 Taurini cernens quod multis clauserat orcum
 Mors dixit: nobis dedecus esse puto.
 Impatiens illi pectus transuerberat hasta,
 Sic perit atq; viris occupat ora dolor.
 Iuppiter hinc: eheu quantum de nomine cedit
 Musatum: an mundo Saluius alter erit.

A 4

·γ.
Μάλβιος ἴσατο θεῖος,
ὑμνόπολος δ' ἀγέληδ' οὐ
Μαιονίδε δια' μέσσαν;
δῆμος αἶρει αὐτὴν

τειρομένοις ἐτάροισιν.

αὐτ' γενῆς χάριτες

βίβλον αἴπαντα ποιητῶν

οἶδε φίλον μερόπεσιν.

πρὶν κλέος ἔρανόμηκες

ἔπλετο, νῦν μετὰ κῆρα

οἶ τὸ γέρας πολὺ μῦζον.

ὡς φάτο φῶιβος: ἀρίστον

ἢ μὲν εἶομαι ἀνδρα

τέτον, ἔχαιρε δ' Ἐδῆλος.

III.

S Aluius insignis doctrina notus in orbe
Cantari est dignus carmine Mæonio.
Illum certatim celebrant iuuenesq; senesq;
Et pœnam socijs arte leuare parant.
Aonijs charus Musis sacra dicta colebat,
Vatum, quæ dictis miscuit vsq; suis.
Clarus erat viuens, sed honor post funera crescit,
Maius ab exequijs nomen in ora venit.
Illi voce sua primum decernit Apollo
Laurum, mox risu gaudia Delos agit.

111.δ.
Μάλβιος ὄπτεται ἐγγυῶ
ἐράνιον βασιλῆα;
καὶ τί ποιεῖ Κρόνος ὦμόδ
ἐδὲ νοεῖ κατα θυμόν

ζηνὸς ἐνὶ μεγάροισιν.

δαίεται ἤτορ ἀΐασιν

διμετέρω ἐνὶ οἴκῳ.

ἀζόμενοι Διὸς υἱόν

τίς πέρην φῶϊβος Ἀπόλλων,

ἐντεσι ἀθανάτοισι,

ἀφροσύνης κακὰ ἔργα

γνώνα ἀπαντα δύνασθ.

εἶδὲ γὰρ εἴ χθονὸς ἔργον

πλάζόμενος κεχάλασθ

IV.

S Aluius in summo summum videt axe tonantem,
 Ductaq; per numeros sydera victor habet.
 Quid faciat trux, non curat, Saturnus in orbe,
 Ille ad quem spectat gloria summa patris.
 Torquentur varijs in mundo pectora curis,
 Et requies agris non datur vlla viris.
 At quibus est notus Rex ille hominumq;, deumq;
 Recta vident, nunquam credere falsa queunt.
 Vita defunctus, telluri redditus, orbem,
 Et patriam fama replet, & astra premit.

ε.
Στ' ἄλβιος ἔρανίς περ
έασυμένωσ κενεῶνας
εὖ νοὸς ὄμμασι λεύσσειν
πάντοτε πολλ' ἐμόγησε.

εἰς φύσιν ἔδεν ομοῖον.

ἄλλος Ἀριστοτέλης ἠὲ

ἐν πολέμοισι μαχητής.

μῆσα πόσιν γούωσα:

τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκα

πάν ὅ μὲν ἔστιν ἀγνώστον

ἀνδράσι ἠδ' ἐγχεξί.

μύριοι ἔξερέοντες

πειρας ὄραν δίανοιαν

ἐκ ἐδύαντο λατίνοι.

V.

S Aluius, vt rerum posset cognoscere causas;
 Versabat doctos nocte, dieq; libros.
 Gratia cui vena nascenti diuite fluxit,
 Nec natura vllas larga negavit opes.
 Unus Aristotelis summos æquavit honores;
 Cui par doctrina, sicut & ingenio,
 Musa virum plorans ait: hæc præcordia seruant
 Singula, quæ doctis clausa fuere viris.
 Illi scire dedi quod non tenuere Latini,
 Non posthac vlli munera tanta dabo.

ζ.
Μάλβιος ἰω^ζ φάος ἀνδρῶν,
εἰσορόων τὸ νόσημα,
Ἰπποκράτῳ τε Γαληνῶν,
τῶν ἰατρῶν βασιλῆας,

ἐν παλαμῆσιν ἐνίσχε.

εἶν αἴδη πᾶσι ἐσκε

τῶν νεκύων, καὶ ὁ Πλάτων

ἐξολόλυξε μάλιστα.

ἔθνεα σώετο λαῶν

ἐν βίῳ μάλα πολλὰ.

ἀλλὰ τί δάκρυα ταῦτα

ὄμμασι μηνύω ἤδη?

καὶ τις ἀνὴρ ἀγέρωχος

ἐκ ἴδεν αἰπὴν ὄλεθρον?

VI.

Salvius Iatrica princeps fulgebat in arte,
 Et mundo clari numinis instar erat.
 Vna monstrabat morbi contagia pellens,
 Quæ tu Coe senex, quæq; Galene sonas.
 Ancora, spesq; hominum populos servabat: in orco
 Umbrarum quando copia rara fuit.
 Pectore mox Pluto magnum gestare dolorem
 Incipit, & crebris vocibus astra ferit.
 Cur non sine carent lacrymæ? quin plangere cesso?
 Credite qui cessat saxea membra gerit.

Incerti Auctoris.

Salvius Hesperiae decus, & lux inclyta terræ
 Versabat Medicos nocte, dieq; libros.
 Raros Tartarea subuectat portitor alno,
 Terriginis vt opem Salvius arte parat.
 Ergo felle calens mors, irrita spicula, dixit,
 Nostra cadent? illum protinus atq; petit.
 Spicula torta volant; sedet alto vulnere ferrum;
 Quis parcat lachrymis? Salvius ecce perit.

·II·
Σ α'λβιος ἐξοχα πάντων
Τᾶυρω ἔδω γλυκυ νένταρ·
Τᾶυρος ἔφη διάπαντος
μνήσομαι ἔδ' ἐλάθωμαι·

ἡμέτερος βασιλεὺς γάρ
ἢ μεταδῶσι φίλοισι
ὄσομενος φίλον ἔσθλον,
εἴσιδὸς ποτὶ δῶμα
εὐρέμεναι μόρε ἀλκαρ,
ὅς δέχεται μεταδῶσι
(ἦν ἀρ' ἐν ἀθανάτοισι)
ὥς ὄφελ' ἀλλοθεῶσι.
πῶμφαν ἀρ' ἀγγελον Ἑρμῆν
εἰς γῆαν ἀνέρα ζητεῖν.

Τ Ε Λ Ο Σ .

VII.

S Aluius implevit meritis, famaq; perenni
Taurum, cui nectar tradidit ille suum.
Taurus ego, dixit, cum summa per astra volabo,
Illius è nostro pectore facta cadent.
Ad caelum ducit secum Rex noster amicos,
Quorum illi virtus maxima nota fuit.
Dumq; cupit populi planctum sedare, Tonantem,
Ut terris similem mittat ab axe rogat.
Protinus in terram de caelo mittitur Hermes
Quaerere qui tantū possit habere locum.

F I N I S .